



# Liber georgicorum

<https://hdl.handle.net/1874/342810>

5  
Cuius virtus esse ostendit & aliis non apparet sed rectissime  
magister Divinus

Virtus creatur & temperatur veluti mulier & ducatur marito

# Liber georgicorum

## Nicolai de valle

Trin. panam. brotloff

est fragilis etiam que non nisi lacte fuit  
In campo fuit canis & alios ob  
Vires munda nona pro fuit ostendit qua  
Quinque credit nulli hinc fuit vid  
Vires ostendit & a nullo hinc videtur  
Ista clausura fuit in fuit quod fuit videtur  
Vires & ostendit fuit & munda nona  
Dape nunc fuit hinc fuit fuit hinc fuit  
Vires hinc fuit hinc fuit hinc fuit  
Ista clausura fuit hinc fuit hinc fuit

Dape nunc

**Dia. III. Pont. Mar.**  
**Nicolaus de valle**

**Si vacat enea rerum dignissime presul**  
**Grataq; sint animo carmina nostra tuo.**  
**Perlege que quondam dulci modulatus auens**  
**In latios ausus vertere greca modos**  
**Alseri inspicias Thimerae kae erga poete**  
**Grecia quo quondam floruit bessobo**  
**Hec fuerant. fateor. plectro meliore canenda**  
**Hic opus ingenij quippe senilis erat**  
**At quia non nullos tam magna superbia vates**  
**Elevat. ut nullo greca in honore putent**  
**Sum tamen hoc ausus bis septem ⁊ quattuor anni**  
**Dum mea labuntur lustra trabente dea**  
**Sumplimus ⁊ tenuis grecorum e fontibus haustus.**  
**Mixtaq; cum greco lingua latina fuit**  
**Quicquid id est ad se vatium clarissime vates**  
**Mixtimus es clarior non. minor ipse deo**  
**Suscipe ⁊ bessiodum placido complectere vultu**  
**Hic quoq; iudicio stetq; cadatq; tuo**

-----  
-----  
-----  
-----  
-----  
-----  
-----  
-----  
-----  
-----



Excitat. alter enim segnis cui vita manebat  
 Alterius spectans cumulos mora nulla bouesq;  
 Jungit et impresso terram diuertit aratro  
 Sine domum curat: siue inserit alter: ad artes:  
 Uicinum vicinus agit. laudabilis hec est  
 Pugnandi ratio. fugienda sed altera. sub qua  
 Inundet aut figulis figulo vel egenus egeno  
 Sine faber fabro. dulcisq; poeta poetę  
 Hęc mea dicta precor toto cape pectore perla  
 Nec te crebra foro speculantem iurgia vulgi  
 Auocet a studijs pugnandi inimica voluntas  
 Nemo forum sequitur. quem non fouet annua messis  
 Et bene clausa domi cereris gratissima dona  
 Hęc querenda prius de hinc si vacat i pete vulgus  
 Et fora in alterius rebus certamina pone  
 At non illud ages iterum germane. quod olim  
 Ausus es insoelix. litem hanc data iura resoluunt  
 Scis. quondam inter nos prima est partita facultas  
 At tu nil iusta multum plus parte vereris  
 Tecum cfferre rapax. corruptus munere iudex  
 Ille tuo est. sub quo tota hec sententia pendet  
 Ignarus. non nouit enim q; dulcius. aut q;  
 Sit medium toto. melius. seu viuere malua  
 Utilius. quantum dulci seu viuere porro:  
 Hos veterum victus occultauere superni  
 Inq; polo retinent coelestes. tempore quorum  
 Sat fuit vna dies tenui exercenda labore  
 Vna quiescenti tibi de hinc alimenta parabat  
 Annua. tunc poteris temonis roborata fumo

figulis  
 32  
 alio

artes  
 angelus

(in)

vna  
 fello

Poppley  
 bocky  
 sup m

ad  
 dda  
 dda  
 dda

Exploranda dare. 7 nulli iuga curua premebant  
Terga bouum. nullum hemionoz sensere laborem  
Hos voluit faciles viuendi abscondere mores  
Fra iouis. cum se deceptum fraude promethei  
Sensit 7 illius causa mortalibus auxit  
Curarum moles subreptumq; abdidit ignem  
Reddidit hunc iterum terris curuaq; latentem  
Subripuit serula cauto puer ille tonanti  
Iapetionides. iacto qui fulmine gaudet  
Zusit fraude sua. subitam tamen arsit in iram  
Hec pater effatus nubis collector aquosq;  
Iapetionide cuius prudentia cunctos  
Consilio excellit magnum spreuisse tonantem  
Arte tua gaudesq; dato mortalibus igne  
Heu nociture tibi generi nociture futuro  
Tale mali genus excutiam quo pectore toto  
Exultent homines cupidi sua damna ministrent  
Subisit fatus diuum pater atq; hominum rex  
Vulcanum aspiciens atq; illi talia mandat  
Vade celer speciem e terra mixtoq; liquore  
Confice mortalem cui vocem 7 robor a iunge  
Sitq; ea virgineę celestis imago puelle  
Quam sibi quisq; velit. dea quam doctissima *pallas*  
Instruat: 7 varias percurrere pectine telas  
Adiciat capiti facilem venus aurea formam  
Curet vt assidua stimolata cupidine corpus  
Fallacemq; addat mentem 7 fallacia verba  
Interpres superum victor cyllenijs argi  
Dixerat. imperio iouis annuit equa voluntas

*Callala q' breuis d' q' d' h' q'*

*Procedo h' d' d' p' p'  
et d' h' p' p' p'  
m' h' h' h' d' d' h' p'  
et d' p' h' h' h' p'*

Coelicolum: exemplis fingis vulcane puellam  
Virginis ora deę similem. quam glauca minerva  
Cinxit. 7 ex omni fulgentem parte poliuit  
Huic etiam charites. etiam celeberrima pitbo  
Aurea candenti posuere monilia collo  
Effuseq; comas horę de flore coronam  
Vernali tribuere deę: tamen attica pallas  
Illam precipuo forme decorauit honore  
Et superum interpres victor cyllenius argi  
Fallacem attribuit mentem 7 fallacia verba  
Sic pater altitonans diuino iusserat ore  
Quando quidem dederat sua munera quisq; deorum  
Mercurius merito pandoram nouine dixit  
Exitiale malum mortalibus 7 fera pestis  
Postq; autem tantos confecit iuppiter astus  
Mercurium ad magnum iubet ire epimethea. dono  
Cui ferat hanc. qui nil veritus precepta promethei  
Cepit. 7 accepto nouit sua damna epimetheus  
Nam prius humano generi secura manebant  
Tempora nulla mali species aut cura laboris  
Morborumq; genus. tristem qui funeris atri  
Corripuere viam. quibus omnis frangitur etas  
Vincere dulce fuit. quadam sed tegmen ab vna  
Dum pandora leuat. totum exilire per orbem  
Curarum infestę effigies. spes sola remansit  
Intus 7 elabris ima sub parte reledit  
Obstitit impositum nam tegmen abire volenti.  
Sic qui fulmen agit nubis collector aquosę  
Iusserat. innumeręq; etiam mortale vagantur

22. f. obeliter pallas  
coronas et in d. et  
est qd  
p. p. o. m. d. a. p. u. g.  
p. l. o. d. u. o. d. f. d. o. m. g.  
p. o. m. d. p. h. d. d. d.  
2004

Per genus infanda spes. quibus equos. 7 omnis  
 Terra infecta ruinet. morbi noctesq; diesq;  
 Sponte sua sine voce ruunt. namq; ab ioue summo  
 Ablata est illis quęcunq; potentia fandi.  
 Sic impune parens offenditur ille deorum  
 Si vacat o frater si non audire recuses  
 Ordine plura cana m. genus immortale creatum  
 Nec mortale simul credendum est. aurea primum  
 Secula dū superi totum sparere per orbem  
 Tempore quo coeli imperium saturnus habebat  
 Tunc homines diuini vivebant more. nec illos  
 Anxia curarum molcs operumq; labores  
 Lassabant. aberat tristi cum mente senectus  
 Semper 7 in valido regnabant corpore vires.  
 Nulla mali labes. conuiuialęta placebant  
 Dors similis somno fuit. atq; vberima tellus.  
 Omnia liberius nullo cogente ferebat  
 In commune bonum. nec quisq; inuidit habenti  
 Quam foelix eras. erat omnibus vna voluntas  
 Et taciti letos soluebant pectora in vsus  
 Aurea postq; hominum paulatim defuit eras  
 His pater altitonans meritos adiunxit honores  
 Sub terris habitare dedit. qui numina facti  
 Et genus humanum sanctę quoq; iura tuerentur  
 Iusticię. tenebris circumfusisq; peragrant  
 Terrarum fines. 7 opes mortalibus augent  
 Proxima successit terris argentea proles  
 Auro deterior sensusq; 7 moribus impar  
 Tunc sibi quisq; sue fecere sub vbera matris  
 Ocia mortales. paulatim adoleuit in annos

*vplg #  
 moia seare poythp ora  
 gente fad foy v mune  
 istaq; tracta huc mltis  
 fanda vomeaby ppe debet  
 ad fad Contatly abio  
 nullo copte acate orlo  
 os fctq; hndtmax faya  
 legat. Antkion nulli  
 flicbat vna tolloni  
 nec signa qud amfctio  
 lenit tad fap erat  
 d m d d q r d d p d d  
 fclly vna libing nullo  
 fctat q r d d*



Ingenij rude principium quo decolor etas  
In proprijs etiam laribus rude pectus agebat  
Aucta tamen postq̄ ad summum peruenerat etas  
Uiuendi breuius spacium fuit anxius ardor  
Curarum incumbens aderat. quas improba mentis  
Gaudia fecerunt. alterna iniuria nunq̄  
Destitit. ⁊ nulla in superos reuerentia nullos  
Sacrorum ritus etas argentea vidit.  
Hanc deus extinxit meritam flammatus in iram  
Postq̄ hominum occuluit argentea secula tellus  
Non tamen illorum sine nomine vita recessit.  
Sub terrisq̄ dei sedes coluere secundas.  
Tercia post illam successit aenea proles  
At nihil argento similis oriadumq̄ creata  
Sanguine dura quidem robustaq̄ pectora tendens  
Tota feri misero martis seruebat amore.  
Nulla quies illi. nullum ius durior etas.  
Ipsa adamante fuit vultu metuenda superbo.  
Cui nunq̄ inuictum robur fortesq̄ lacerti  
Defuerant humeris. tunc crea tela domusq̄  
Omnis in gre labor. non ferri emerferat vsus  
Hec autem pprio proles consumpta furore.  
Ad gelidi loca nigra ditis sine honore recessit  
Et quamq̄ extiterit inuicto robore ab atra.  
Morte tamen victa est solis lumenq̄ reliquit.  
Postquam autem occulta est et aenea corruit etas.  
Quarta fuit soboles melior cui plurima toto.  
Iusticie herebant animo precepta verendę.  
Diuinum genus heroum primumq̄ vocari

4

Semidei immensos illi potuere per orbes  
Hos insanus amor martis bellique nefandi  
Ardoꝝ. agenoride semptem prope moenia cadmi  
Edipodeꝝ imperij causa consumpsit. ⁊ alti  
Hos maris vndisonij fluctus. cum pargama classes  
Argolicę peterent. vbi pallida mortis imago  
De super incubuit. dum iusto vlciscitur ense  
Tindaris. hos etiam toto diuisit ab orbe  
Iuppiter. et vite melioꝝem tradidit vsum  
Elysiosq; dedit colles habitare profundi  
Littus ad oceani. foelix ⁊ sancto propago  
Hic vbi vernat humus. vbi dulcia poma quotannis  
Ter gremio effundit nutrix vberima tellus  
Ostendunt non me quinta cum stirpe creassent  
Fata. sed ante mori seu post licuisset oziri.  
Ferreā nunc etas. quam curę et mille labores  
Nocte dieq; premunt. paulatinq; illius instant  
Exitio. sic dijs placitum. sed prospera tanto  
Fata etiam venient aliquando in turbine rerum  
Nec minus hęc infanda hominum delebitur etas  
Cum matura annis illorum tempora cani  
Inficient crines natis nec vt ante parentes  
Nec patribus nati similes nec hospite tutus  
Hospes erit. sanctum corrumpent foedus amici  
Et furet arma ciens inter discordia fratres  
Viuēt honoris inops hominum properata senectus  
Nec pudor: effractus senio obiurgare parentes  
Infoelix soboles. legem ⁊ pꝛęcepta deozum  
Nescit: ⁊ inualido non hęc alimenta parenti

Iusta suo reddet. quid enim quod iniqua rapaces  
Appetent usque manus viresque et inoenia narrem  
Alterna deleta manu. iurataque fallent  
Munera iusticie nulli tribuentur honores.  
Pulsa gemit bonitas. illum venerabitur orbis  
Cui mala mens suadet fera crimina tota iacebit.  
Tota quidem orbatu tecum reuerentia vultu  
O dea iusticie. soboles en improba ledet  
Si probus vllus erit. quem contra insurget iniqua  
Voce furens factum affirmans. alitrixque malorum  
Inuidia incedet fatali turbida vultu  
Protinus humanas sedes astra relinquet  
Diua suos pariter tendet reuerentia cursus  
Ad superos nitido velataque corpus amictu  
Mille recedentes ille mortalibus egris  
Non cessanda tamen rerum mala semina linquent  
At nunc te moneam quod sapiens omnia iudex  
His intende animum. sed quid iuuat ista monere  
Stultus maiori quicumque resistere temptat  
Uincitur. et magno poenas subit inde pudore  
Sic ego sum tanquam volucris quam prenderit astur  
Parsaque sublimes agitur philomena per auras  
Hec dolet in foelix ungui trassita recuruo  
Quam contra horribili raptor sic intonat ore.  
Quid misera exclamas. te multum fortior astur  
Te premit hic adsis quo te meus egerit ardor  
Et quod bene suaue canas mihi coena futura es  
Si lubet aut dimissa iterum remeabis in auras  
Sic fatus tacuit pennatus et impiger astur.

Tu modo iusticiam cole. nulla iniuria perse  
Tecum habitet. fatale gerit secum illa nec illam  
Illus amat. nisi mens cui vilis et improba surgit.  
Vir bonus hanc inferre timet siq; intulit acti.  
Penitet. et magno contristat corda dolore.  
Est via iusticie melior: qua vincitur omnis.  
Omnis ad extremum veniens iniurius ardor.  
Quid dicam q; numq; aliquid dementia noscit  
Hi modo passa prius. si qui mala iura ministrat.  
Peierat: et tandem dementi panditur error  
Eripe iusticiam corruptus munere iudex.  
Ius violat: dolet hec et nulli visa per urbem  
Tristis it. et lachrimas penam mortalibus orat.  
Qui violant iura et recti sacra federa rumpunt.  
Terum ubi iusticie sancti seruantur honores  
Iudicioq; pares et ciuis et advena pendent.  
Ubi viget: augetur soboles: pax leta vagatur  
Pax iuuenum nutrix. nunq; his fatalia bella.  
Preparat: altitonans nullis in rebus egestas  
Imminet. in quenq; nulla est offensio. dulci  
Quos iuuat interdum genio alleviare labores  
Terra quibus large fundit sua semina et alte  
Montibus innate mittunt sua munera quercus.  
Glandifere in summo. media tamen arbore nullant.  
Undiq; apum ingentes acies. vestemq; ministrat  
Lanigere pecudes. per se magis omnia florent  
Non his externas merces vehit ardua puppis.  
Omnia dat tellus. quid enim q; iuncta marito.  
Et patribus similes emittit femina parcus

*Handwritten notes in a cursive script, likely a commentary or marginalia, written in dark ink. The text is partially obscured by the main text's bleed-through and is difficult to decipher fully. It appears to contain several lines of text, possibly starting with 'Hic...'*

106

Non datur hoc quibus illa placet violentia iuris  
 Hos ad supplicium vocat alti cura tonantis  
 Sepe subit poenas plebs tota miserrima tantum  
 Unius ob noxam pestis furit atra per urbem  
 Et male suada fames paulatim deficit omne  
 Vulgus & euacuus ostendunt tecta penates  
 Foemina nulla parit sic lenit iuppiter. erga  
 Quos malefacta iuuant qui si modo forte cruentum  
 Diligē exercēt studium. mora nulla sinistro  
 Marte cadunt: vel si potius iuuat ire per alcum  
 Illorum in medio submergitur obruta puppis  
 Vos igitur qui iura datus conuertite mentem  
 Ad tales hominum poenas. diuina potestas  
 Mortales circumuolitans videt improba quorum  
 Iudicia emergunt multorum in damna deumq;  
 Ignorant monitus. genus hi mortale pererrant  
 Innumeri tenebris circumfusiq; tuentur  
 Iusticie sacra iura domant genus omne malorum  
 Illa quidem virgo est supero ioue nata parente  
 Nomine clara suo sed tuq; verenda deorum  
 Quam si quis violet lachrymans sua fata parentes  
 Id iouis ante pedes & lamentabile fundens  
 Humanos queritur mores ac debita poscit  
 Supplicia in populos. tu index causa malorum  
 Qui violas sacra iura deq; iam dirige mentem.  
 Jus cole. in alterius te nulla pecunia vertat  
 Damna. nocet sibi qui cuiq; nocet. & male suadet  
 Ille tibi in quenq; si quis male iura ministrat  
 Cuncta videt pater omnipotens. & quod tibi tecū est

vto deq; triad m d d imp  
 fud dignu qm  
 de duanis adic q frat  
 deulis q sub p hanc  
 esse de lorig

Qui pro marte s h ad  
 10 uer p d

Dat p m s q m p h ad ope  
 eat p m s p a q q d d  
 p m s p h q m d v o u d  
 q q u o r d s d a d m a s p i  
 illata

v d e m s t q q u i q u d q l i c e t  
 m i n i s e i z u p t q t a n d e m  
 m i t e m c u i q d e s t i t a t  
 m r m u i d h e r p h b q d a d  
 d a d n a . q m a n c a t n o r u o

O iudex modo si libeat speculatur ab alto  
 Nil latet hunc. aut hoc quales tribuantur honores  
 Justicie in populo. quam non ego pectore toto  
 Nec mea progenies coleret postq[ue] orbe sub isto  
 Spreta iacet bonitas tuis iniuria vincit  
 Inuito ioue ni fierent. hec accipe frater  
 Hec animo meditare iniustum pone furorem  
 Jus quoq[ue] frater ama. sine quo genus omne ferarum  
 Credimus alterno certatim corpore pasci  
 At nos instituit vite[m] melioris origo  
 Jura dedit pater omnipotens. ea pectore toto  
 Si quis habet. decus eternum pia premia reddet  
 Iuppiter affligit si quis pro teste vocatus  
 Peierat. ac merito pensatur culpa nocentis  
 Supplicio. offendens ius ille offenditur vna  
 Ex quo obscura quidem nulli quoq[ue] cognita surget  
 Posteritas. iusto de sanguine nata propago  
 Clara caput tollet patrio servata decore  
 Hec quoq[ue] que referam stultissime concipe frater  
 Quam facile innumeras viciorum amplectimur artes  
 Haud pcul illa habitant. brevis est via qua sit eundum  
 Est via virtutis contraria. sudor anhelus  
 Hanc sequitur. que se scopulosis ardua clivis  
 In longum prorumpit iter. riger aspera primo  
 Ingressus lenis est postq[ue] alta cacumina tanges  
 Optimus hic sese qui novit cuncta magistro.  
 Prospiciens rerum fines meliora sequutus  
 Dignum laude virum parentem recta monenti  
 Credimus. ille tamen sibi qui non consultit. aut qui.  
 Alterius precepta fugit vir inutilis extat.

Invidiosus  
 Labios  
 Invidiosus  
 Invidiosus

Invidiosus  
 Nescend[um] est 2 m[od]o s[er]v[er]e s[er]v[er]e  
 No[n] s[er]v[er]e s[er]v[er]e  
 No[n] s[er]v[er]e s[er]v[er]e  
 No[n] s[er]v[er]e s[er]v[er]e

Invidiosus  
 Invidiosus  
 Invidiosus  
 Invidiosus

17 fura 2 arista 2 yan  
17 fura 2 arista 2 yan  
no x fura 2 yan

Ergo age frater ades generoso e sanguine perse  
Neu fuge fraternos montes. operare laborem  
Inuideat tibi dira fames. spicaq; recenti.  
Alma ceres ornata caput sua dona ministrer.  
Sic tibi plena domus. segnem crudelis egestas  
Opprimir. hunc homines odio superiq; sequuntur  
Torpenti similem fuce. cui spicula surgunt.  
Horrida. distensum q; fauis consumit edendo.  
Semen apum. piger ipse sedet. vitatq; laborem  
Tu modo curam operi q; tum potes adijce frater  
Horrea sic rumpunt melles sic copia rerum.  
Sic pecus augetur. sic tu mortalibus aut diis.  
Gratus eris. segnes animos et inertia corda  
Oderunt. operi laus est imponere curam.  
Turpe sed huic prohibere manus. incumbere labori  
Forstian ad studium torpencia pectora vertes  
Dum partas ostendis opes. virtutis adeptus  
Nomen. et eternum laudis decus. vtere queso  
Arte. para victum. violare aliena nefandum est:  
Fac superis equandus eas. incumbere labori  
Nec pudeat. pudor hic multos inhonestus egentes  
Secum habet. auget opes fiducia. q; melior res  
A superis non vi. proch rerum insana cupido.  
Proch animis infusa lues. iam nulla pudoris  
Cura iacet passim longe post terga relictus.  
Tu coleris duce te paulatim corrumpit ille  
Dijs inuisus homo. cui mens intenta rapinis.  
Inuigilat. neq; enim semper felicia durant  
Nec minus omnipotens pennis affligit eisdem  
Qui seruum offendit. vel qui sanctissima frangit

17 fura 2 arista 2 yan  
17 fura 2 arista 2 yan

Foedera amicicie, seu qui cum coninge fratria  
Non paueat infandos coitus fraternus adulter  
Vel qui in pupillos audeat vium ferre nefandam  
Vel qui in longena confectum etate parentem  
Horribili voce insurgit, viroq; abstinere illi  
Uerbera, non impune tamen, stat poena nocenti  
Post obitum, de pone igitur tam falsa superbe  
Mentes consilia, et melioribus vtere queso  
Lure pio venerare deos, his tempore in omni  
Et munde et pure liba cum clara nitescet  
Solc dies, aut cum nox circumfusa tenebris  
Abscondet terras casto torrenda sub igne  
Hostia mactetur, hymnos canere, tura ministra  
Ut tibi dis fauerant immensaq; copia rerum  
Hinc tibi nascatur, multis vt egentibus ipse  
Subuenias non vt viuas germane rapinis  
Conuiuas inter si vis discumbere, amicus  
Non hostis veniat primum vicinia, nam si  
Aduersum quicq; acciderit de more repente  
Primum illa accurret, que si sine vestibus esset  
Auda etiam veniet, quod non tibi sanguine iunctus  
Non ager, iste sibi vestes atq; omnia ponet,  
Improba damnosa est vicinia, sed proba si sit  
Utilis, hec igitur cupienda est pectore toto  
Tanq; laudis opus, neq; enim lamenta refundes  
Amisisse bouem, proba si vicinia tecum est  
Acceptum metire et eodem pondere reddere  
Vicino tibi vt hic iterum succurrat egenti,  
Res male parta mala est damnosaq; semper ab illa  
Ergo caue, nec te vincant in amore sodales

Ad deum hinc mitta  
Prata primo frat  
hiff dant ut fuytos  
et popit et inod  
daponit et dano  
aliquas res alio  
in aduofodia  
go h c itate vi  
Genas expmo  
od q pigneli casto  
primas libato fote  
et putoe ded dact  
gubelle daga puf  
ffigide Opumate  
fratit  
Hic dunt q; b; et p  
his longe videri est  
interdia q; aliquo  
fagaine gunde abun  
Altra manu in  
altora glande hinc  
mpb; v viny, est  
Hic refone al mone  
dampid grandis



Quod daf et alia  
ff. de p. ca. p. man  
No. d. q. 2. m. m. m. m.  
qu. i. p. p. m. m. m. m.  
ind. qu. d. d. d. d.  
ff. de d. m. l. d. m. p. p. p.  
v. d. m. v. p. p. p. p.

Illum adeas qui te. fac mutua munera reddas  
Sponte datum capias. scelus est letale rapina  
Quicumq; z si magnum aliquid largitur amico  
Ztatur. quicumq; iacit de fronte pudorem  
Et rapit alterius quicq; intima turbat amici  
Visceraq; z mentem cui vis illata rapine  
Abde parum paruo: paruo superadde pusillum  
Fict z hoc magnum. in foelix pelle tur egestas  
Si modo rem cumules. homine nec lebit habere  
Euncta domi. nocet esse foris: q; dulce bonumq;  
Presens accipere atq; absente carere molestum est  
Tunc bene potandum tum plena effundit ab alio  
Uina cadus. tunc parcus eris cum parte lyens  
Decluit e media. sed cum declinat ad limum  
Spumantes iterum cyathos z pocula sume.  
Quicquid polliceare homini seruetur amico  
Si quicq; cum fratre tibi est testem ad ixe rebus  
Subidens. nocuit non credere. credere semper  
Ne ve tuam alliciat meretrix caue foemina mentem.  
Rem totam vorat illa nimis dum blanda videtur  
Heu q; damnosum est mulieri fidere cuiq;  
Rem patris acceptam melius fouet vnicus heres  
Auet z hanc. at tu plures in morte relinque  
Ex te ortos. nam plura pater saturnius illis  
Attribuet. sed te siccus tangit habendi  
Arbor. adhuc. fragilisq; placet tibi gloria rerum  
hec age que moneam z varios operare labores

**Liber secundus de agricultura**

Um coelo emergunt sublimes ab ach lantide natę  
Pleiades truncanda ceres. morientibus illis

ff. de h. e. d. m. v. m. m. m.  
ff. de h. e. d. m. v. m. m. m.  
ff. de h. e. d. m. v. m. m. m.  
ff. de h. e. d. m. v. m. m. m.  
ff. de h. e. d. m. v. m. m. m.  
ff. de h. e. d. m. v. m. m. m.

ff. de h. e. d. m. v. m. m. m.  
ff. de h. e. d. m. v. m. m. m.

an. et. h. o. l. i. a.  
V. d. m. l. d. m. p. p. p.  
v. d. m. v. p. p. p. p.

ff. de h. e. d. m. v. m. m. m.

Mitte in aratra boues latitare ea sidera dicunt  
 Eliginti totidemq; dies. annoq; voluto  
 Apparent iterum. maturam incidere messem.  
 Rursus et incipiunt dentata falce coloni  
 Hanc legem agricolae atq; habitantes littora seruant.  
 Aut qui pingue solum <sup>et ad</sup> vallosq; tecta tenerent.  
 Nudus ara. nudusq; serc et mete corpore nudo  
 Si tempestiuos agrorum ducere cultus  
 Augeriq; illos magnis successibus optas.  
 Ne ve aliena <sup>per te</sup> roges interdum pauper egenus:  
 Quod si ad nos supplex iterum fortasse redibis  
 Non iterum dabimus. iuuet exercere labores  
 Improbe quos inter mortales diua potestas.  
 Sortita est ne tristis inops cum coniuge mesta  
 Aut cum natozum misera comitante caterua.  
 Eluctum a vicino rogites. dare negligit iste.  
 Bis seu ter fortasse dabit. de hinc si petis vltra  
 Proficies nihil: at tu plurima verba refundes  
 Orabilisq; iterum frustra tamen. artibus vt te.  
 Jam pridem admonui inuigila atq; incumbere labori.  
 Dira fames procul hinc abeat: tua debita solue.  
 In primis tibi <sup>primo</sup> conde domum precioq; ministram  
 De hinc eme: quam posses custodem adiungere bobus  
 Pone domi quantum toto tibi sufficit anno  
 In rebus spes est alienis irrita. nam si  
 Hic dare forte neget. tu semper pauper egebis.  
 Tempora labuntur operum quoq; deficit vsus.  
 Ad cras rem deferre nocet. nunq; horrea nunq;  
 Implet iners. aut qui tempus producit. habenda est  
 Cura operi. tunc turgescit opus. mala mille molestant  
 B iij

Affligunt hominem. cui seigne et inutile corpus  
 Cum bene se posuit rapidi vis ignea pbebi  
 Nec pater omnipotens fecundis imbutus ether.  
 Desilit in terras et languida membra resumunt:  
 Jam pridem amissas est iud in tempore vires.  
 Nam breue sol hominum supra caput astat ab alto.  
 At de nocte magis currus exercet agendo  
 Tunc operum multo ante memor discinde securi  
 Siluam iucorruptam. tunc germina desinit arbor.  
 Fundere. datq; suas volitare per aera frondes  
 In tres tende pedes <sup>lapis</sup> mortaria: contineat tres <sup>mortaria et</sup>  
 Pistillus cubitos: pedibus quoq; confice septem <sup>mortaria</sup>  
 Lemonem. qui si fuerit protentus in octo. <sup>anno ay pbbor</sup>  
 Hinc tibi malleolus crebros formetur in ictus <sup>270000</sup>  
 Palmarumq; trium rota sit. varijsq; repone  
 Ligna <sup>operata</sup> extincta modis. validamq; in montibus altis  
 Quere vel effuso campi super equore primum  
 Ac stiuam compone manum qua firmet arator  
 Lemoni cuneis dentaliq; alliget imo  
 Torqueat et fortes illa durante iuuenos  
 Binaq; preterea tectis seruentur aratra.  
 Sic melius. nam si casu discinditur vnum  
 Restat ad huc <sup>in pte</sup> aliud validos agitare iuuenos.  
 Lemonem <sup>ex oleo</sup> ex vlimo. viridi seu confice lauro  
 Stiu sit ex prino. dura dentalia quercu.  
 Duc in aratra bouem nono qui viuat in anno  
 Apra etas operi matura est. franget aratrum  
 Bos iuuenis. minitans iuuenili prelia cornu  
 Et rixam exacuens opera imperfecta relinquet  
 Quere quater decies <sup>fractur</sup> annorum etate bubulcum

In omni ay b. eff. d.  
 Inq; in 2 finis qualibet  
 Inq; p arbor quod d  
 Inq; in 2 finis

Inq; in 2 finis

*Quadrifidus panis d. in die d. p. b. p. b.*  
Quadrifidus panis ⁊ offellas celsus in octo

*sub aratro*  
Sic tibus huic recto sulcabit vomere terram.

*sub aratro*  
Si maturus erit. studium intermitteret arandi

*sub aratro*  
Junior. aspiciensq; pares etate colonos

*sub aratro*  
Ibit ad hos ludosq; ciet lasciuia iuuentus

Ergo non melior iuuenis nec semina verſe

Sparge humi: quantum terre mensura requirit

Contemplare etiam cum grus e nubibus altis

Assiduos agit at clangores: nunciat imbrem

Venturamq; hyemem tempusq; indicit arandi:

Angit ⁊ illius mentem cui nulla boum spes

Tunc redeant feni plene ad præſepia tauri

Tunc proprios operare boues ⁊ plauſtra. ſed inquis.

Non habeo. dabit hic. facile petere atq; negare.

Dentis inops alius. quid enim componere currum

Tunc volet ignarus non nouit q̄tus in illo

Sit labor ⁊ centum compagibus inſita ligna

Quæ debent multo ante domi prouisa reponi

Præterea cum tempus adest reſcindere campum

Fortius inſiſtas operi exercere ministros

Nam vertenda duplex tibi ſicca atq; humida tellus

Uere nouo veniant celeres ad aratra iuueni

Fertilis ⁊ grauida culmus procumbit arista

Ne te decipiat cum ſemina colligit etas

Sit nona cui ſtudeas tellus nec aratra quotannis

Terra recens large natis alimenta parabit

Plutonem in primis venerare atq; annua ſacre

Vota referit cereri cum ſtiue innixus agendo

Incipis exercere boues ſtimuloq; fatigas

Sic immenſa tibi ſurgent ceralia dona

Semina cum terre committis. pone sequatur  
Seruulus: atq; aibus rastro fata lecta recondat  
Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos.  
Leditur aduerso qui negligit omnia fato  
Si sit pingue solum: grauide inclinatur ariste.  
Fclicesq; operum successus a ioue summo.  
Hinc capies. neq; sub rectis extendit arachne  
Fila. sed immense replebunt horrea messes  
Tunc gaude 7 cani florentia tempora veris  
Letus agas. cum te cassum crudelis egestas  
Aspicit. 7 parto turget domus. atq; aliena  
Nec tibi non opus est. tua pluribus adiumentum  
Fit sterilis tellus medio versata sub estu  
Hincq; solo residens imas falcabis aristas  
Auerfos religans culmos tenuisq; sequetur  
Spes vite. pauci te mirabuntur ab agris  
Parua sub exiguo referentem farra canistro  
Difficile interdum mutabile noscere tempus  
Nobilis 7 varia est alti natura tonantis  
At si tardus aras tardus tibi solus amanti  
Afferet auxilium si largis imbibus ether  
Tres noctes totidemq; dies non cessat ab alto  
Donec repleat validi vestigia tauri  
Tempore quo querna residens sub arboze coccyz  
Ecululat: gaudentes hominum mortalia corda  
Etere sub aprico. sic tardus forsitan eques  
Qui tempestiuo diuertit vomere terram  
His intende animum nec florida tempora veris  
Te lateant. glacialis hyems tibi cognita surgat  
In qua incumbendum est. nec te vlla taberna moretus

Aut narrata loco sub aprico fabula tardet  
Dum frigent alij vir rem tamen impiger auget  
Surge igitur. nec te paupertas opprimat illo  
Tempore. dira fames tenues facit esse lacertos  
Elatosq; pedes: et crura tumentia multo  
Sanguine. segnis inops. et spe suspensus inani  
Inclinat mentem sceleri. et meditetur iniquos  
Unde paret victus. hominem spes nutrit egentem  
Irrita cui nihil est et tota luce vagatur  
Dum media elapsa est estas: properate ministri  
Condite dic calullas nam semper non erit estas  
Aiano mensem dictum caue. nubibus ille  
Letalem bobus glaciemq; et frigora ducit  
Tracius insurgit boreas. et turbine facto  
Disturbat maria ac campos siluamq; sonantem  
Allicomas quercus annosq; roborata pinus  
Diruit ex alto et valles iaculatur ad imas  
Siluarum auditur fragor vndiq; sed fera duos  
Arrigit ipsa pilas caudamq; in cruribus angit  
Quin etiam quibus est nullis densissima pellis  
Perforat ille quidem setosq; pectora transie  
Nec se defendunt dura sub veste iuenci  
Et misere algescunt hirsuto crine capelle  
Uincit ouis boream instantem fulcoq; repellit  
Tegmina lanarum. sed non obsistitur illis  
A senibus: curuo facit hos incedere collo  
Non tamen ad teneram penetrat boreale puellam  
Frigus. at illa domi cui nondum nota libido  
Matris apud chari gremium sedet. atq; hiemales  
Non sentit glacies et tota nocte quiescit.

Atq; oleo teneras interdum perluit artus.  
Tum polypo durum est gelidis habitare sub vndis  
Nec videt vnde sibi venetur in equore predam  
Alleuetq; famiem. proprios tum deniq; in artus  
Uertit atrox rabiem immensam. sic imbribus atris  
Turbatur mare. sic atra caligine coelum  
Sol quoq; ad ethyopas radios ⁊ lumina fundit  
Rarus apud <sup>gratos</sup> <sup>gratos</sup> fugiunt animalia curui  
Dore senis valles imas. ⁊ dente trementi  
Concaua laxa petunt hemorum tenebrosaq; tecta  
Tunc quoq; ne noceant hyemes tibi protegat artus  
Mollis lena tuos. cui texta ex ordine recto  
Pauca sed <sup>aduerso</sup> ducantur plurima fila  
Sicq; ea crure tenus. vetat hec per corpora setas  
Surgere ⁊ instanti prohibet dure scere vento  
Legmina sint pedibus taurorum e pelle corburni  
Nec nocet hos inflare pilis. vt frigora vincas  
Eorum teneras neruo bouis insue pelles  
Alc dorso suspende. tegant capita alta galeri  
Nec madeant aures. borea spirante cauendum est  
Frigoribus tunc ros coelo diffusus ab alto  
Intus alit cererem sacros operumq; labores  
Ille quidem vi ventorum e fluminalibus vndis  
Tollitur in sublime ⁊ matutinus in agros  
Desilit. interdum expectat tempora noctis.  
Interdum borea nubes agitante procellas  
Uertitur in ventosam hyemem. fuge prouidus illam  
Acceleretur opus. pete tecta obstantia ventis  
Nec forte obscuro nebularum in fusus amictu  
Immadeas. largosq; imbres pluat humida vestis

polypo. roripet. ut.  
to eo ycbet

lena caput huc ⁊ inde

Pasca tunc carpantq̄uis non pinguis tauri  
 Quippe leuis labor. et longa sub nocte quiescant.  
 Nutrimentum ingens. vobis vberima mando.  
 Agricole. faciliq̄ dies transire labore  
 Nec seruanda tibi donec nox equa diebus.  
 Atq̄ iterum satis committit semina terre  
 At dum sexdecies sol arduus occidit vno  
 Hibernum post solstitium sacrosq̄ relinquens  
 Oceani fluctus sublimi accurus olympo.  
 Exoritur primumq̄ cupit splendescere sidus  
 Tunc vites incide noni neq̄ nuncia veris  
 Antiquos iterans questus precedat hirundo.  
 Dum tamen inmensos effundit pleias estus  
 Pro siliensq̄ vmbrosa petit plantaria limax.  
 Tellure e sicca. tunc vinea nulla lignonem.  
 Sentiat. accelerent vncata falce ministri  
 Datu ram in segetem. nec te pulcherrima tempe.  
 Detineant segnem matutiniq̄ sopores  
 Eya age rumpe moras. pelle otia segnia pelle.  
 Dum vocat alma ceres. robustaq̄ collige farra  
 Pone d omni quantum toto tibi sufficit anno.  
 Mane operi assurgens. operis pars tertia mane.  
 Conficitur. labor haud grauis est de mane. viator.  
 Longum liquit iter. taurosq̄ exercet arator.  
 Preterea sua dum scolymus florentia mittit.  
 Germina et in ramis dulces resonare cicade  
 Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus alis  
 Fit capra tunc mollis tunc sunt dulcissima vina  
 Feminaq̄ videnti veneris prurigine corpus.  
 Appetit in sanos coitus lassatur abestu

Libera die so nigr  
 vbi facit ocos  
 In die dno hui atq vnde  
 id dmi dit ab hui  
 Excedit vni tuncos p  
 vnoa rdpis  
 It mar qd ab hui  
 ad p d op and

It sola amia hui ad  
 volat pafat  
 It hui ad hui  
 me habitans  
 It ligo vni cy hui  
 It p d hui amia d hui

vnde  
 fenoffe  
 vnde  
 vnde  
 vnde

It p d hui ad hui  
 It p d hui ad hui



Membra virum. tantumq; potest vis ignea solis  
Tunc licet ardores gelida releuare sub vmbra. *Blandis ad p*  
Fontes ad apricos latices semperq; fluentis *ad fig. d. d.*  
Murmur aque: faciles quam circum leuiter aure.  
Aspirant zephris plerumq; agitantibus illas *W. Th. p. 2 v.*  
Hic bylares letus cyathos 7 pocula sume  
Bublina. ter infusa magis. que temperet vnda  
Hic tibi ab vberibus caprarum caseus adsit  
Que nullos pascant foetus. hic lactea liba *ad p. r. d. d.*  
Hic tibi siluestris ponatur caro iuuenis  
Que nondum enixa est. hic mollior edulus adsit.  
Et iaceas saturus patula sub tegminis vmbra  
*not. f. ut. a. d. ut. p. t. m. q.*  
*u. d. p. b. ad. p. a. d.*  
Surge tamen. coelo cum fulget orionis astrum  
Tempus adest. cereri sacras terat area fruges  
Ad ventos posita atq; ingenti equata cylindro  
Nec nisi libratę ducantur ad horrea menses  
Postq; autem satis ad victum tibi contulit estas  
Continuo cui nulla domus sit queere ministrum  
Atode etiam ancillam. que sit sine prole. molestum est  
Et graue seruitium illius: quam cura remordet  
Natorum. blandire cani. panemq; ministra  
Peruigil ante fores sedet ille domumq; tuetur  
Dente rapax furig; altis latratibus instat  
His propere exactis foenum paleasq; reconde  
Nemionos q̄tum satis ac nutrire iuuenicos  
Inde laboranti requies prebenda colono  
Tempus 7 exhaustis pariter iuga demere tauris  
Dum tamen in media coeli statione refulget  
Syrus. orionq; loco splendet eodem  
Et rosea arcturi cernit pallantias astrum

Tunc vnas tenero abscondens de corpore matrum  
 Per bisquinqz dies tepido sub sole iacentes  
 Pandē. diēs etiam molestant quinqz sub vmbra  
 De hinc torque. capiant vegetes. iocunda lycei  
 Munera. sed sidus cum deficit orionis  
 Pleiadesqz hiadesqz cadunt meminisse iuuabit  
 Protinus impresso subuertere vomere terram  
 Stat tempestino cuncta exercere labori  
 Si tamen infestum iuuat ire per equoz z alta  
 Puppe vebi. moneo ne quando ab atlantide natas  
 Orion sequitur totoqz excludit olympo  
 Ut videas illas medio submegere ponto  
 Nauigio incumbas: mare tunc tollentibus curis  
 Obscurum vndosoz iaculatur ad ethera fluctus  
 Tunc igitur iacent religate ad littora puppes  
 Saxozum mixe obicibus ne forte ruentes  
 Discutiant venti. pateat pars ima carine  
 Ne pluuiam excipiens putri marcescat ab umbre.  
 Instrumenta domi natiuaqz arma quiescant  
 Pensa glibernandiqz exploret roboraz fumus.  
 Interea ceteris sacros operare labores.  
 Nec proisus fugiendus ager. labatur in altum  
 Equoz amica raris. dum non magis vnda tumescit  
 Nec resluunt vasto sublaci gurgite montes  
 Et adat omnia tamen censu reditura superbo  
 Hic mens ille quidem genitor dum pauper egeret  
 Errabat maria alta secans fluctusqz profundos  
 Ille olim colidam cumnam atqz ea littora linquens  
 Appulit huc. non spe lucri commotus auara  
 Durum opus exercere inuisa vigebat egestas

*Rema dicitur in p[er]ta*

Ille vagus demum prope tempe heliconia sedem  
A scream incoluit coeli in regione molesta  
Frigore nunc nimio nunc intolerabilis estu  
Tempore quosq; suo iuvat exercere labores  
Nauigium ante omnes cuius si te vlla remordet  
Cura: placetq; altos sulcare per equora fluctus  
Dum faciles spirant venti & furor ille quicquit  
Nec te inuisa fames alieno viuere parto  
Cogit & inuitus multorum debitor. extes  
Uade. nec in cymba. sed te vehat ardua puppis  
Ingentes referant census ingentia mercis  
Pondera. preterea que sint aptissima nauis  
Tempora narrandum est. q; mibi parua per vnda  
Elita fuit. virq; ex illa tantum aulide cursus  
Litus ad euboem. sub qua omnis grecia quondam  
Dum pelago desunt hyems conuenit in vnum  
Et merito infandos fatum iuratur in hostes  
Inde mibi placuit non longe ad chalcida cursus  
Huc vbi magnanimum genus amphidamantis achui  
Constituunt populis certamina. & inelyta quondam  
Munera defuncti ponunt in honore parentis.  
Hic ego me dulcis referentem premia cantus  
Auratos memini tripodas quos sponte dicant  
Musarum ante aras. quibus antra heliconia cure  
Ille vbi me primum dulcem docuere poesim  
Tantum igitur mibi res naualis cognita surgit  
Dicam aliquid tamen & varios pandam etheris vsus  
Hec etiam nobis aspirauere camoene  
Equora rura legant instructo remige puppes  
Cum deciesquing; est seris exacta dierum

Euboam = eubo  
Opera  
stat 2. 2020 y.

Estiuum post solsticium. ⁊ iam deficit estas.  
 Nam neq; tunc classes medio nec nauita ponto  
 Obruitur. ni forte velit iouis alta potestas.  
 Aut deus ipsarumq; parens heptimus aquarum  
 Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis  
 At leues spirant zephiri tranquilla quiescunt  
 Equora. tunc celerem ventis committe carinam  
 Eladat onusta tamen. reditum properare memento  
 Quam prius ipsa nouos fundunt vineta liquores.  
 Autumniq; imbres. ⁊ hyems infauista procellis  
 Aut focus insurgat pluuia rozantibus alis  
 Incumbatq; mari totumq; euoluat ab imo  
 Exercent etiam studium nauale sub ipso  
 Elere nouo. cum se tam latae arbor ab alto  
 Iuduit in frondes. quando vestigia cornix  
 Pandit humo depressa. silet tunc nabilis vnda  
 Ast ego nauigium gratie tunc semperq; molestum  
 Crediderim. hoc natura homines leuitate nefanda  
 Subtraxere. agitant diuersa pericula fluctus  
 Et tamen ire placet. q; mors dura sub vndis  
 Diuitie sunt vita hominum. atq; insanus habendi  
 Ardor. ad hec animum germane intende parumper  
 Concipe fraternos monitus. maria alta secando  
 Fac tecum nec cuncta vebas: maiora reserua  
 Hec nimis est oneranda ratis. sit ponderis equi  
 Quicquid in hac. durum est aduerso occurrere fato  
 Fluctibus in medijs. currus discinditur omnis  
 Sic grauius superinstat onus. seruare memento  
 Mensuram in rebus ⁊ idonea tempora ad vsus  
 Cum prope terdecies tibi vita dabitur annos

Connubium maturum aderit decimumq; puella  
 Etigat ⁊ quartum sed quinto nubat, ⁊ illa  
 Virgo sit, atq; habitet prope te, cui sedulus adstes  
 Sedulus inspicias artemq; vsuq; puellę  
 Hęc age, ludibrio ne te ycinia cantet  
 Coniuge nil melius casta, nil turpius illa  
 Quę venerem prurit sine fine ⁊ prostat ad omnes  
 Semper ⁊ exitio superimminet illa virorum  
 Nemo etiam fratris in amore equetur amicus  
 At par si quis erit sit amandus tempore in omni  
 Nulla ex te inceptum foedus discordia soluat  
 Mentiri scelus est, prestat compescere linguam  
 Infandam si vim tibi quisq; inferret amicus  
 Aut ore aut manibus, surge ⁊ vlciscere reboe  
 Reppe vicem duplicem, q; si illum penitet acti  
 At poenam implorans iterum te exoptat amicum  
 Suscipe, vile quidem est homines noua querere semp  
 foedera amicicie, multos si frater amabis  
 Non laudo, nullos etiam; medium sit in isto  
 Si tibi corda tument vultus non indicet iram  
 Turpe sequi sceleratum hominem, maledicere cuiq;  
 Infandum est, qui iam vita laudatur honesta,  
 Nunq; a te nunq; misera obiurgetur egestas,  
 Diuinum donum est, diuinumq; eterna voluntas  
 Illa quidem, quę sepe viri sublimē molesta  
 Impedit ingeniumq; vetat superalta leuari  
 Qui loquitur parce linguam nec in omnia soluit  
 Thesaurum p̄ se gerit ille, ea gratia magna est  
 Ut linguam moderes pensataq; verba loquaris  
 Si quenq; verbo ledes lederis ⁊ ipse

Solo misera danda  
 non danda

pro videri ego non danda  
 esse laboro

Chermoulli est bonum de vniuersali finitio vnde sunt / qua  
 reseruantur ut de reseruant / rōgno de reseruat / rōgno illa d vmbra  
 ita hō nō fit melior dū a vultu laudat / neq; peior dū vituperat  
 que dicit p̄ alios dicitur dū dicitur et ablatore  
 dicitur

Si p̄ ego dū p̄ vno audire q̄ nō vni

Grata in amicorum venias conuiuia sumptu  
Communi dato particulam. gratissima sunt hec  
Acre ioui vinum seu dijs de mane cauendum est  
Illaura libare manu. tum vota precando  
Incaillum fundes nulli exaudita deorum  
Solis ad aspectum. nec quenq; mingere fas est  
Nocte sub obscura. tecto neq; corpore nudo  
Nox quia sacra deis. media nec credimus illud  
Possē licere via. si declinetur ab illa  
Esse etiam veritum diuis vir z omnia noscens  
Herens parietibus sedet atq; exponit vrinam  
Intus vbi orbatē tenuis latet angulus aule  
Nec coitu polluta sacros genitalia pandas  
Ante ignes. neq; cum dulci tibi coniuge p̄stet  
Concubium vt generes: dum mesto a funere tristi  
Mente redis. superum sacra sed lecus ab ara  
Credimus indium superis semperq; molestum  
Qui natat assiduo labentia flumina cursu.  
Quam prius ablueritq; manus pia vota precelq;  
Fuderit ante ipsas supplexq; orauerit vndas.  
Infandum ante aras vngues incidere cum dijs  
Sacra facis. scelus cyathos imponere vasi.  
In quo vina latent. sacros operare lebetes.  
Nil tibi cum in sacris etiam hinc lauisse nefandum est.  
Perfice tecta prius q; cornix garrula ab alto  
Nunciat atram hyemem ruit hec inimica procellis.  
Fac sedeat bisset. quibus etas erigit annos  
Aut torideyi menses natozum cara propago  
Sede sub instabili iuuat hoc omnemq; repellit  
Segnicie. facit esse agiles z ad oia promptos Cij

foedum aut turpe virū est thermis mulieribus vti  
Hoc proflus fugiendum etiam stat talibus atrum  
Supplicium. ante aras superum obiurgare nefandus est  
Sacra ministeria ac diuinos spernere cultus  
Nec licet in flumio neq; fontis mingere in vnda  
Est quoq; turpe aliud vetitum. fugite pessima fame  
Nomina. fama malum facile in sublime leuatur  
Est graue sufferri nimium: nimiumq; molestum.  
Difficile vt taceat. nunq; delebitur illa  
Secula que varias populi penetravit ad aures  
Est dea fama quidem sunt ipsi numina fame  
Sit tibi preterea series seruanda dierum  
A ioue nati omnes sunt a ioue tempora nata  
Ultima mensis erit nullo exercenda labore  
Hac genio vtendum est. illa omnes festa per vbes  
Ducitur illa forum claudit neq; iura resoluit  
Prima dies sacra est: et quarta et septima. prima  
Natus apollo die radiantia lumina fudit  
Luce domum quarta foelix ducenda sit vxor  
Omne captato. sunt omnia prospera rebus  
Et licet in curuam trabibus componere nauim  
At quintam fuge namq; illarum pallidus ortus  
Tum dire eumenidum facies toto orbe vagantur  
Castigant si qua in terris periuria falsum  
Affirmant que lis alterne agitata creauit  
Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum  
Zeta viris. multiq; etiam nascuntur in illa  
Quis mala mens fallax animus fallacia verba  
Et qui concubis exercent arcana per artem  
Hac onium cetus licitum castrare vel hēdos

Et licet infixæ pecudes circumdare <sup>mandra</sup> mandra  
 Scindimus octava forti genitalia tauro  
 Castramusq; <sup>lucos</sup> lucos foelix est ponere plantas  
 Nona viros gigni vel <sup>amica forte</sup> amica forte puellas  
 Luce viris decima faustus quoq; credimus ortus  
 Unaq; post decimam foelix incidere vites  
 Et tempestivam segeti supponere falcem  
 Hoc curat bisexta etiam foelicioz illa  
 Stamina <sup>et ex alto</sup> et ex alto tenuissima torquet arachne  
 Ingentem accumulans formicæ farris acerruum  
 Et inuat arguto percurrere pectine telas  
 Tunc quoq; siluestres licetum castrare iuuenos  
 Tercia post decimam plantaribus optima surgit  
 Spargere semen humi pallet contraria semper  
 Quartaq; post decimam mulierum prospera natu  
 Atq; p̄cios domitare boues validosq; labori  
 Hemyonog canibus faciles adiungere cultus  
 Et leuire manu pecudiq; imponere mores  
 Atq; aperire cados et dulcia fundere vina  
 Sextaq; post decimam plantaribus inuida surgit  
 Oportuna viros nasci sed iniqua puellas  
 Aut nasci aut thalamos petere atq; berere maritis  
 Septimam post decimam cereris terat ordea sacre  
 Ingentemq; licet ferro discindere siluam  
 Atq; varias aptare trabes quibus ardua tecta  
 Doliri aut structam possis agitare carinam  
 Nonaq; post decimam foelix est cum dea surgit  
 Lutea sed medium coeli cum venit in orbem  
 fit grauis ex media ad finem lætissima fulgit  
 Proxima lux sapientem hominem diuina creandi



Insigni <sup>hoet</sup> viget officio. nec luce dolendum est  
Post illam <sup>22x</sup> quarta: sacra est ea: leta trabantur  
Gaudia. quinta dies post hanc iuga curua iuuenis  
Ponit z bemiōnos z colla exercet equorum  
Altaq; veliuolas deducit ad equora puppes  
Et noua componit dulci sua vasa lyco  
Quam pauci nouere z recto nomine dicunt.  
Sunt harum humano genere obseruanda dierum  
Tempora quippe illud magnis successibus augent.  
Sunt alie ancipitesq; tamen sine mente neq; vllō  
Officio excellent hanc alter laudat z illam  
At paucis natura illarum cognita surgit.  
Mantunc ipsa dies totum complectitur orbem  
More pie matris. seuē modo more nouere  
Nunc fulget nunc atra later. foelixq; beatus  
Ille quidem. qui dñs gratus cui cognita sunt hęc  
Omniaq; inspiciens rerum se exercet ad vsus.

**L**iber georgicorum. Nicolai de  
ualle finit foeliciter. Impressus  
Dauentrie Per me Richardum  
paffraet. Anno Millefimo quin-  
gentesimo secundo in die seueri